

βάλλονται ποιναὶ εἰς τοὺς παραβαίνοντας τὰ διατεταγμένα καὶ μερίδιον ἐκ τῶν προστίμων εἰς τούς καταδότας. 1362, Ἰανουαρίου 4.

## 7

Fo 55<sup>r</sup> Διατάσσονται ὁ δοῦξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης νὰ ἀνεγείρωσι θόλον στερεόν, ὥπως ἐν αὐτῷ στεγάζονται τὰ κάτεργα, τὰ παραμένοντα διαρκῶς ἐν Κρήτῃ, εἴτε ἀποτελοῦντα μέρος τοῦ στόλου τῆς Ἀδριατικῆς, εἴτε τῆς Ἐνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων. Ὁ θόλος οὗτος δέον νὰ κλείηται ἐρμητικῶς, ώς γράφουσιν οἱ σύμβουλοι Κρήτης πρὸς ἔξασφάλισιν τῶν κατέργων καὶ τῶν ἔξαρτημάτων αὐτῶν. Ἀποστέλλονται τὰ ζητηθέντα πρὸς τοῦτο ὑλικά, διατασσομένου εἰδικῶς τοῦ πάτρωνος τοῦ ναυστάθμου. 1362, Φεβρουαρίου 9.

## 8

Δρομολόγιον τῆς νηοπομπῆς Ἀλεξανδρείας κατὰ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ τρόπος φορτώσεως τῶν ἐμπορευμάτων ἐν Κρήτῃ. 1362, Μαΐου 10.

Fo 75<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LXII, die decimo Maij. 1

Capta. Quod pro subuentione mercatorum Crete capitaneo galearum Alexandrie eundo ad uiagium, capiat in Cretam secundum usum; in reditu uero galearum ipsarum sit in libertate capitanei capiendi uel non capiendi sicut sibi uidebitur pro securitate galearum. Et quia incertum est, si capitaneus in reditu capiet ibi, ex quo mercatores damna maxima possent incurrere nisi prouideatur, mandetur nostro capitaneo Culfi quod sine manifesto periculo et preiuditio galearum sibi commissarum in exitu galearum Alexandriae de Venecijs postquam ipse galee recesserint de Mothono elapsis decem diebus postea ire debeat, cum galeis sibi commissis uel illa parte que sibi uidebitur in Cretam, ad leuandum nostros mercatores et mercationes suas et eos et mercationes conduceat usque Mothonum, que mercationes de Mothono postea non possint conduci Venecias nisi cum galeis Alexandriae. Et ultra hoc ut non deficiat nostra subuentio 5 ipsis mercatoribus scribatur duche et consiliarijs Crete quod omnes mercationes que fuerint sibi presentate, post recessum galearum Culfi usque dies xx mensis Octubris, 10 permittant conduci Venecias uel Mothonum cum nauigijs disarmatis, sicut melius uidebitur mercatoribus. In casu uero quo dicte mercationes de Mothono leuari non possent per galeas Alexandriae mandetur dicto capitaneo Culfi, quod transactis ultra omnibus armatis de mercato pro ueniendo Venecias, debeat ire ad leuandum dictos mercatores et mercationes cum suis galeis et ipsos conducere 15 Venecias, omni causa postposita, declarando quod de mercationibus conducendis per galeas Culfi Mothonum, uel postea post recessum galearum Culfi, ut est dictum. Soluatur de illis que leuabuntur per galeas Alexandriae solis debeat nabulum solitum Crete et quantum plus et declarando etiam sicut est justum quod si de mercationibus predictis conduceretur Venecias cum nauigijs disarmatis, 20 ante aduentum galearum Alexandriae, quod extraordinarij teneantur ipsas ponere 25

